



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt foeminæ menstruatæ non offerant. cxl.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BURCHARDI EPIS. VVORMAC.

est enim: Talem dispensatorem dominus quarit, qui sibi de suis nihil vsurpet.

Vt femine menstruatae non offerant. Cap. CXL.

*Ex concii.
Mogūti,
cap.6.*

Mulieres menstruuo tempore non offerant, nec sanctorum moniales, nec laicae. Si praesumpserint, tres hebdomadas poeniteant.

De illis feminis quae ante mundum sanguinem Ecclesiam intrant, & quae nupserint his diebus.

Caput C X L I.

*Ex poenitenti
Theodo.*

Mulier quae intrat Ecclesiam ante mundum sanguinem post partum, si masculum generat, xxxiii. dies, si feminam lvi. Si qua autem praesumpserit ante tempus praenitum Ecclesiam intrare: tot dies in pane & aqua poeniteat, quot Ecclesia carere debuerat. Qui autem concubuerit cum ea his diebus, decem dies poeniteat in pane & aqua.

Quod monachi secularibus poenitentiam dare non debeant. Cap. C X L I I I.

*Ex concii.
Mogūti,
cap.22.*

Liberi sint monachi ad dandam poenitentiam secularibus.

Vt poenitentes ante peractam poenitentiam non reconcilientur. Cap. C X L I I I.

*Ex eodē.
cap.23.*

Non reconcilientur poenitentes si necessitas non coegerit, nisi post peractam poenitentiam.

De illis qui ad confessionem veniunt, necesse est ut primum de liuore inuidiae, & auaritia, interrogentur. Cap. C X L I I I I.

*Ex poenitenti
Theodo.*

Sanè quia de liuore inuidiae, & de ira, necnon & de auaritia, vt superius digestum est, oriuntur homicidia, relictè, vt arbitror, censuimus de ipso vitio primū qualiter sacerdotali iudicio canonicè penitus sit corrigendum ostendere: ac deinde secundum ordinem vitiorum ita remedium subsequatur, quo facilius vndeunque poenitens purgari voluerit, sine dilatione in singulis capitulis inueniatur.

De illis qui soli Deo peccata sua confitenda esse affirmant. Cap. C X L V.

Ex eodē.

Quidam Deo solūmodo confiteri debere dicunt peccata, vt Graeci: quidam verò sacerdotibus confitenda esse percensent, vt tota sancta Ecclesia. Quod vtrunque non sine magno fructu intra sanctam sit Ecclesiam, ita dicitur